



PRIMUM PERIODICUM  
AENIGMATUM LATINORUM



Annus MMXVII – numerus XXIV

Curator:  
Lucas Cupidus

Consilium editorum: Herimannus Novocomensis, Iconoclastes,  
Lydia Ariminensis, Theodorus

[www.MyLatinLover.it](http://www.MyLatinLover.it)

## CRUCIGRAMMA FACILE

I	II	III	IV	V
VI				
	VII			
VIII				IX
X				

### DEFINITIONES IN LINEA TRANSVERSA ( → )

I. Nemo iudex in \_\_\_ sua; VI. Lux, splendor; VII. \_\_\_ , sis, sit; VIII. Nemo \_\_\_ in causa sua; X. Flos et color.

### DEFINITIONES AD PERPENDICULUM ( ↓ )

I. CC - L; II. Factum quod quis aggredi audet (dat.); III. Humorem habens (abl., masc., sing.); IV. \_\_\_ in anno licet insanire; V. Prima syllaba Antinoi; VIII. X - VI; IX. Tertia syllaba Anaxagorae.

**Auctor:** Lucas Cupidus

I		II	III	IV
V	VI			
VII				
VIII				
IX				

### DEFINITIONES IN LINEA TRANSVERSA ( → )

II. Mons Cretae; V. Scaber, acer; VII. \_\_\_ te ipsum; VIII. Lavis, polis; IX. Histrione, gesticulatore.

### DEFINITIONES AD PERPENDICULUM ( ↓ )

I. Cave \_\_\_ ; II. Nosce te \_\_\_ ; III. Gaius Messius Quintus Traianus \_\_\_ , imperator romanus (abl.); IV. Deus bellorum in mythologia Graeca; VI. Fulget et splendet in caelo (dat.).

**Auctor:** Lucas Cupidus

I	II	III	IV	V
VI				
VII			VIII	
IX		X		
XI				

### DEFINITIONES IN LINEA TRANSVERSA ( → )

I. \_\_\_ omnia; VI. Plus (contrarium); VII. Prima syllaba natalis; VIII. Consonantes betae; IX. Primus \_\_\_ pares; XI. Ibi Hesiodus natus est.

### DEFINITIONES AD PERPENDICULUM ( ↓ )

I. Opera \_\_\_ ; II. Propitians; III. Prima syllaba Ennii; IV. Color sanguinis; V. Per aspera ad \_\_\_; X. Consonantes Uticae.

**Auctor:** Lucas Cupidus

# INQUISITIO VERBORUM

Verba indicata inveni.

Litteræ reliquæ imaginis delineatæ nomen formabunt.

S	C	R	U	T	A	T	I	O	N	E	S	CEROTA
C	A	I	G	R	U	R	I	H	C	E	U	CHIRURGIA
I	A	C	U	L	I	N	A	E	T	A	T	CULINAE
D	N	C	E	R	O	T	A	A	T	R	I	CURAE
A	I	U	A	R	P	U	T	I	O	T	S	INDICES
E	C	R	E	E	D	I	N	R	R	S	O	INFIRMITATES
R	I	A	T	I	M	O	R	O	M	I	P	LABOR
P	D	E	N	R	M	E	S	T	E	N	E	LAVATORIA
L	E	N	I	M	E	N	T	A	N	I	A	LECTI
R	M	F	L	A	B	O	R	V	T	M	R	LENIMENTA
I	N	D	I	C	E	S	A	A	A	E	P	LINTEA
I	T	C	E	L	S	C	A	L	P	R	A	MEDICINA
												MINISTRAE
												MONITA
												PRAEPOSITUS
												SACERDOS
												SCALPRA
												SCIDAE
												SCRUTATIONES
												<b>TIMOR</b>
												TORMENTA



Auctor:  
**Rela Girolami**


# QUADRATUM LATINUM

V	VI	I	IX	VII				
				II	III	V	VI	
IV				I	VI		VIII	
VI		II						
	VIII						IV	
						IX		VII
	V		VII	IV				III
	III	IX	I	VI				
				III	IX	VI	V	II

Comple ut in omni quadrato, linea columnaue, numeri ab I usque ad IX eveniant.

## FORMULAE ARCANAЕ

Move bacillum ut formulam correctam restituas



## CRUCIGRAMMA SYLLABICUM

In omni quadrato scribe syllabam. Syllabæ necessariae enumeratæ sunt:

**BE, CET, COM, DE, DUS, E, LI, LU, MA, MEN, MO, NE, NI, NO, PAR, PO, RE, RI, RO, SIS, TAS, TU, TUS, VA, VE, VI.**

I	II			III	IV		V
VI			VII				
		VIII				IX	
X					XI		

**Auctor:** Lucas Cupidus

### DEFINITIONES IN LINEA TRANSVERSA ( → )

I. Marcus Aurelius \_\_\_ Antoninus, Imperator Romanus; III. Statuo, decerno; VI. Potione; VII. Fulget, splendet; VIII. Incola Parmæ; IX. Liquor ex uvis expressus (gen.); X. Idem ac novum factus; XI. In vino \_\_\_.

### DEFINITIONES AD PERPENDICULUM ( ↓ )

I. Si parva licet \_\_\_ magnis; II. \_\_\_ proprio; III. Deceptis; IV. Si parva \_\_\_ componere magnis; V. Mores et instituta Romanorum; VII. Eminiscor, eminisceris, \_\_\_ sum, eminiscere; VIII. Si \_\_\_ licet componere magnis; IX. Nec pueri, nec mulieres.

### COMPONE SENTENTIAM

Sententiam compone a littera **Q** ad **E** per saltus vel in lineam transversam vel in perpendiculum vel in lineam obliquam.


<b>Q</b>	O	N	E	T	S
U	T	T	N	E	T
C	P	I	A	<b>E</b>	O
A	I	T	A	T	

### EXEMPLUM

Errare  
humanum  
est

S	<b>T</b>	R	<b>E</b>
E	R	M	U
M	A	A	H
U	N	R	E

# NUNTII



## Ephemeris

- ① **19 Ianuarii** - Pentagonon heri incursiones aeronauticas prope Syrtes, latibulum exercitus IS, confirmavit. "Decades militum IS perierunt." declaravit.
- ② **19 Ianuarii** - Copiae Senigalliae Gambiam ad praesidem Andreas Marrow tollendum intraverunt. Primus minister Yahia Jammeh subsellam linquere non vult.
- ③ **18 Ianuarii** - Militia iraqena stativa IS intraverunt. Inter multa, pupas, permiscendi milites gratia, pergamenasque propagandarias Sarmatice Arabeque redactae, gregarii invenerunt.
- ④ **18 Ianuarii** - Iuliani Assange, ducis Vikivulnerum (Wikileaks), advocatus hodie: "Non committatur Civitatibus Ligatibus (US)." declaravit. Cum talpae Manning poenam redigant.
- ⑤ **17 Ianuarii** - Suffragium hodie ad novum praesidem Senatus Europaei elegendum fertur. Antonius Tajani pro Popularibus, Johannes Pittella pro Socialistis.
- ⑥ **16 Ianuarii** - XII, quorum Italicus, prope thermopolium perfossi. Militia civilis IV stiterunt.
- ⑦ **10 Ianuarii** - Talibani Kabuli, metropolis afghana, per impetum kamikaze et autoraedam displosivam XXXVIII mortui et LXXX circiter vulnerati sunt. Kandahari quoque caedes: IX perierunt et multi offensi.
- ⑧ **7 Ianuarii** - Nana Akufo-Addo officium praesidis Ganae iniit.



TWEET 527 FOLLOWING 8 FOLLOWER 360000

Following button

Papa Franciscus

@Pontifex\_In

Tuus adventus in paginam publicam Papae Francisci brevilloquentis optatissimus est.

Ex Civitate Vaticana

news.va

Iscritto a novembre 2012

Twitta a button

Tweet Tweet e risposte Contenuti

- Papa Franciscus** @Pontifex\_In · 15 gen  
Migrantes omnes minore aetate tueatur Sancta Familia, eosque debiles et voce carentes comitetur. @M\_RSection

16 replies 53 retweets 154 likes
- Papa Franciscus** @Pontifex\_In · 14 gen  
Qui parvulis dempto humano sensu abutuntur, ii multum eis inferunt mali, cum ut merces servique tractentur. Benedicat Deus eos liberantes.

15 replies 72 retweets 221 likes
- Papa Franciscus** @Pontifex\_In · 13 gen  
Parvuli, fugere coacti, soli praesertim, perquam debiles reperiuntur ac deserti. Pro eis oremus eosque adiuvemus. @M\_RSection

10 replies 47 retweets 141 likes
- Papa Franciscus** @Pontifex\_In · 12 gen  
Migrantes minore aetate, soli potissimum, plus patiuntur. Aliquid tribuamus eis adiumenti.

7 replies 53 retweets 127 likes
- Papa Franciscus** @Pontifex\_In · 11 gen  
Unusquisque misericordiae colendae dare operam potest, in qua nemo alium negligenter ac sine studio respicit.

9 replies 61 retweets 158 likes
- Papa Franciscus** @Pontifex\_In · 10 gen  
Nostras inter Nationes nostrosque inter populos exoptamus ut occasiones augeant una simul operandi ac verae pacis faciendae.

12 replies 111 retweets 330 likes
- Papa Franciscus** @Pontifex\_In · 9 gen  
Pax vera dari non potest si unusquisque semper ac tantum proprium vindicat ius, minime de aliorum bono sollicitus.

19 replies 143 retweets 350 likes

Chi seguire - Aggiorna - Visualizza tutto

- Papa Franciscus** @Po...  
Segui
- Pope Francis** @Ponti...  
Segui

## CRUCIGRAMMA ABSCONDITUM

Omni numero diversam litteram coniunge

I	II	III	II		IV	C	I	V	VI	VII	VIII
V	VI	VII	I	V		II	VII	II	IV	V	
VIII	VII	IX	VII	X	V		II	I	II	IX	
V		XI	XII	XI	I	VII		V	I	VII	
E											
IX	V		II	IV	II	III	XI		XI	XIII	H
VII	I	V		II	III	II	XIV	XI		XI	O
XV	II	XV	XI		XI	I	II	III	XI	I	R
II	IX	II	I	V		V	VIII	VII	III	II	A

Auctor: Rela Girolami

## VOCALES NON SUFFICIUNT


Scriptum Caesaris restitue per diversam litteram omni numero.

i 1 2 3 4 u 5 3 o - e 6 e 4 5 i 3 u - 7 a 8 i 2 - u 3 - 9 o 5 i - 1 a 3 u 4 a -  
 10 e i e 5 3 u 2 11 u e - 5 o 9 9 i 2 - e 3 - 1 e 5 e 2 2 i 3 a 2 - 3 e 7 12 o 4 i 2, -  
 11 u a 7 - u 3 - 4 e i - 7 i 9 i 3 a 4 i 2 - 4 a 3 i o - e 3 - o 4 10 o - 12 o 2 3 u 9 a 13 a 3, -  
 5 u 7, - 10 i 14 e 4 2 i 2 - 9 e 8 i o 1 i 13 u 2, - a 9 i a e - a 9 i a - i 1 - 12 a 4 3 e -  
 15 o 2 3 i 13 u 2 - 4 e 2 i 2 3 e 4 e 1 3 - 2 a e 12 i 13 u 2 11 u e - 10 e 1 2 i 2 2 i 7 i 2, -  
 u 3 - a 1 3 e a - 10 e 7 o 1 2 3 4 a 14 i 7 u 2, - i 1 3 e 4 i e 5 3 i 2 - 12 4 o 2 12 e 5 3 u 2 -  
 i 7 12 e 10 i 4 e 3 u 4, - 1 e 11 u e - 5 e 4 3 a - 2 u 13 2 i 10 i a - 5 o 9 9 o 5 a 4 i -  
 1 e 11 u e, - 11 u i 10 - i 1 - 11 u a 11 u e - 12 a 4 3 e - o 12 u 2 - e 2 2 e 3, -  
 12 4 o 14 i 10 e 4 i - 1 e 11 u e - a 13 - u 1 o - o 7 1 i a - i 7 12 e 4 i a - a 10 7 i 1 i 2 3 4 a 4 i -  
 12 o 3 e 4 a 1 3. - I 3 a 11 u e - i 1 - 3 a 1 3 a - 4 e 4 u 7 - i 1 i 11 u i 3 a 3 e - 16 o 4 3 u 1 a e -  
 11 u o 11 u e - e 14 e 1 3 u 2 - 14 a 4 i i - 2 e 11 u e 13 a 1 3 u 4.



# REBUS

3, 3, 1, 2, 4, 3, 4, 1, 2, 2, 2, 2, 3, 3, 3, 1, 3 = 2, 4, 4, 6, 7, 6, 6, 7 (Ovidius)



Auctor: Relat Girolami

INSUPERABILIS

SNUPIUS



La Spiga  
EDIZIONI

www.elionline.com

## IULIA

*Scripsit Lydia Ariminensis*



In novissimo opere filmico inscripto “Iulia” (Julieta), cuius res sumpta est ab opere scriptricis Alice Munro, praeclarus dispositor scaenarum Hispanus Petrus Almodóvar obscaenitatem saepe praebitam reliquit ut teneram fabulam de matre et filia fingeret, quamvis aliquid occultum, ineffabile in animis maneret nec amoris vehementia neglegeretur. Qua re electa aestimatores moderatorem spectacula cinematographici reprehenderunt quasi senex factus esset et in peius mutatus. Nonne ad maturitatem artis pervenit, cum nec animi impetus nec ingenii suavitas deessent? Iulia, magistra quinquaginta quinque annorum, primas partes agens, profectura est cum amico ad Lusitaniam, sed paulo ante in Beatricem, filiae Anthiae amicam incidit in via, quae narrat illam degere in Italia, apud lacum Comensem; cum coniuncta in matrimonium sit, illi tres liberos esse. Nuntius valde Iuliam perturbat, cum filia undevicesimum annum agens a duodecim annis evanuerit, nulla re comperta. Amico dimisso, cum in priorem domum redierit, longam epistolam, velut libellum memorialem, Anthiae perscribit ut ei explanet quid tacitum et tragicum tot annos inter eas permanserit.

Amor inter Iuliam et piscatorem Xoanum nocte in tramine exarsit, mortuo in binis orbitis quodam homine ambiguo more quocum ea recusaverat ne loqueretur. Nata filia, cum esset Iulia sollicita et suspiciosa de viri amore, exorto iurgio, statim, piscandi causa, Xoanus mari turgido, imminente procella, solvit et periit. Dolore et peccati conscientia excruciat, Iulia in animi aegritudinem cecidit; ei filia et amica Beatrix succurrerunt.

Exarata vitae memoria, maerore consumpta, iterum Iulia Beatrici occurrit et tot annis praeteritis secreta filiae cognovit: Anthiam in odium se habere ob patris obitum sibi culpae tributum; sed, quod prorsus inopinatum esset, illam, repulsam a Beatrice, amorem homosexualem effugisse. Cognitis his rebus, explicata fugae ratione, Iulia sibi amicum reconciliavit. Sed fatum tandem ei favit: in domicilium ubi cum filia habitaverat, ut erat in spe, epistula pervenit. Anthia scripserat se animadvertisse magnam matris derelictae aegritudinem, cum unum filium ex tribus in lacus aquis amisisset... Pulcherrimae sunt imagines, amoena loca, peritissimi et formosi histriones qui primas partes agunt, fabula autem spectatores trahit, non solum quod aliquid occultum in vicibus inest sed etiam quia vehementes affectiones personas instant quae ex imo corde vitas perturbant.

I	II	III	IV			V	VI	VII	VIII
IX				X		XI			
XII				XIII	D			XIV	
XV			O			XVI	E		
XVII				XVIII	S			XIX	
XX			XXI			XXII	XXIII		
XXIV							XXV		

**DEFINITIONES IN LINEA TRANSVERSA ( → )**

**I.** Amo, \_\_\_ , amat; **V.** Parvus cervus; **IX.** Rex Phrygiae qui mutabat in aurum illud quod tangebatur (acc.); **XI.** Est \_\_\_ in rebus; **XII.** Filia Cadmi et Harmoniae; **XIII.** \_\_\_ et amo (Catullus); **XIV.** At (coniunctio); **XV.** Pater, mater, frater, \_\_\_ ; **XVI.** Later ex terra cocta; **XVII.** Domina; **XVIII.** \_\_\_ modus in rebus; **XIX.** Bis, \_\_\_ , quater; **XX.** Est modus in \_\_\_ ; **XXII.** Eo (ind., fut. ant., II. sing.); **XXIV.** Emo (forma passiva); **XXV.** Sustinet statuas et columnas (abl.).

**DEFINITIONES AD PERPENDICULUM ( ↓ )**

**I.** Amiserunt (alia forma); **II.** Maiorem (contrarium); **III.** Venerabo; **IV.** Salus (prima syllaba); **V.** \_\_\_ ut des; **VI.** Per aspera \_\_\_ \_\_\_ ; **VII.** Dulces sicut mustum (abl., m., pl.); **VIII.** Divinitas syriaca phoenicia sicut Venus aut Isis; **X.** O tempora, o \_\_\_ ; **XI.** Mittere (forma passiva); **XXI.** Prima syllaba urbis; **XXIII.** Tertia et quarta littera Thebarum.

# HOROSC



# PUS 2017



## Aries

ARIES in magnis mutationibus versabitur, quae pateferi poterunt consiliis quae temeraria videbuntur. Pecunia oscillabit, sed in universum valide te defendes. Amor de futuro animi attentionem postulabit, sed hoc magna cum laetitia facies. Noli oblivisci magno studio omni amori opus esse!



## Taurus

TAURUS, cura habita de pecunia opereque, ita re se geret ut in melius suam vitam mutet, incipiens a rei familiaris copia, cum tranquillitatem animi non neglegat. Erit annus conservationis et transitionis usque saltem ad autumnum, a quo tempus commutationis negotiosum sed prosperum initium habebit.



## Gemini

GEMINI discent se officia recipere, maturitatem assequi, alta et gravia suscipere. Auxilio Iovis et Urani, munus, quamquam laboriosum, prospere eveniet. Quid de amore? Studium et responsabilitas vobis sint, ut sine ulla dubitatione elevemini.



## Cancer

CANCER operam dabit altis mutationibus quae, interdum, non faciles esse poterunt, maxime nisi quaesitae erunt. Esse debebis mollis, ductilis; sic animadvertes te posse optimum sumere ab iis rebus quae familia, munus et vita a te petent. Mense Octobri ineunte Iove in Scorpionem, res nummaria prospera redibit.



## Leo

LEO inter maxime commendatos erit: usque ad mensem Octobrem, care amice, tua scaena erit. Consequi exitus magni momenti in opere poteris, in melius mutare rem pecuniariam, vivere vitam affectuum quam semper exoptavisti vel proposita assequi quae tibi cordi sint.



## Virgo

VIRGO incerta erit, utrum operam impensius navet an apud fenestram maneat nihil agens. Tuus animus sursum deorsum fluctuabit tuaeque res, seu de usu arteque seu de affectibus congruenter oscillare poterunt. A mense Octobri tempus optimum incipiet, quod transitus Saturni in Capricornum sine ulla dubitatione notabit.

# HOROSC



# PUS 2017



## Libra

LIBRA versabitur in rebus commodis, in incitamentis ad commutandum et in nonnullis dubitationibus, sed in summa queri tibi non licebit, praesertim si pervicaces mores vel gestus vel consilia temeraria vitaveris. Prudens, rei adhaerens, attentus esto; Saturno favente totum fere annum non difficile hoc erit !



## Scorpius

SCORPIONI sudandum erit in iis rebus quae consequi cupit. Tamen annus tam iniquus erit quam paraturus prosperos exitus qui ab autumno incipient atque a mense Decembri pergent. Cogita quid velis a vita consequi et agrum para: postea festinantius progredieris et podium victoriae totum tibi erit!



## Sagittarius

SAGITTARIUS tempus vivet favens operi et negotiis, pecuniae et usui vitae. In Amore tantum suspirabis, ob aliquam moram et inopinatum, sed etiam tuo cordi videbis exitum serenum et secundum. Astra te hortantur ut perspicuus et directus sis; licet difficultatem familiarem te perturbare, sed eam apertis verbis solvere poteris.



## Capricornus

CAPRICORNUS numquam cedit. Tamen praeteriti anni multi laboris fuerunt, ac didicisti ipse tibi et tuis viribus confidere. Sed recte didicisti et etiam anno 2017 optime te expedies, amotis difficultatibus, quae praesertim ad vitae usum et ad rem pecuniariam spectabunt.



## Aquarius

AQUARIUS magnam partem anni in summo fastigio fortunae erit. Auxilio Iovis et Saturni ambitus artis et oeconomiae tibi magna gaudia reservabit. Annus huiusmodi raro evenit sed autumno fortunae rota verti poterit. Amor sursum deorsum ibit, cum sint mirae res concitantes variatae condicionibus firmioribus.



## Pisces

PISCES in anno operoso versabuntur et patientia etiamdum uti debent. Annus 2017 tamen magis fluens quam praeteritus erit et mense Octobri conspiciere incipies exitus operis et rei pecuniariae effici de quibus diutissime certavisti. A mense Decembri tua condicio tandem firmior fiet, exeunte anno cum imagine ridenti.

## CRUCIGRAMMA

	I	II		III	IV		V	VI		VII	VIII	
IX				X		XI				XII		XIII
XIV			XV		XVI				XVII			
XVIII								XIX				
XX					XXI		XXII		XXIII			
XXIV				XXV				XXVI		XXVII		
	XXVIII						XXIX					

Auctor: Lydia Ariminensis

### DEFINITIONES IN LINEA TRANSVERSA ( → )

I. Urbs Numidiae, hodie Costantina nominata; V. Qui navigat; IX. \_\_\_ non comedis fructus istius arboris?; X. Clamor Baccharum vel appellativum Bacchi; XII. \_\_\_ alteri; XIV. Vagor, a recta via deflecto; XVI. Tunc, eo tempore; XVII. In fine Patris Nostri; XVIII. Verrucae, maculae; XIX. Incola Apuliae (voc.); XX. Avus vel pater (familiariter); XXI. \_\_\_ unum et anima una (Acta Apost.); XXIII. Ille, \_\_\_, illud; XXIV. Nec mei nec tui; XXV. Fabulosum maris monstrum femininum; XXVII. Magi Iesu donaverunt aurum \_\_\_ et murrā; XVIII. O tempora o \_\_\_ (Cic.) ; XXIX. Aliter, alio modo.

### DEFINITIONES AD PERPENDICULUM ( ↓ )

I. Paratum, administratum; II. Involvo, illaqueo; III. Medice, cura \_\_\_ ipsum; IV. \_\_\_ amat \_\_\_ odit mulier: nil est tertium (Publ. Syrus); V. Enim, etenim; VI. Ante (paenultima syllaba); VII. Turbatio, trepidatio (abl.); VIII. Parvus anulus; IX. Praecipuum epulum apud Romanos (acc., pl.); XI. Aqua, liquor; XIII. Intus eas (coniunctivus); XV. Fetus gallinarum (plur.); XVII. Animal artifex mellis (dat.); XXI. Gallia \_\_\_ padana; XXII. In medias \_\_\_ ; XXV. \_\_\_ quisque fugit; XXVI. \_\_\_ quid nimis (sit).

# AENIGMATA LATINA

---

## Symposium

I.

De summo planus sed non ego planus in imo  
versor utrimque manu; diverso munere fungor:  
altera pars revocat quidquid pars altera fecit.

II.

Dulcis amica dei, ripae vicina profundae  
suave canens Musis; nigro perfusa colore,  
nuntia sum linguae digitis signata magistris.

III.

Corporis extremi non magnum pondus adhaesi.  
Ingenitum dicas, ita pondere nemo gravatur;  
una tamen facies plures habitura figuras.


IV.

Virtutes magnas de viribus affero parvis;  
pando domos clausas, iterum sed claudio patentes;  
servo domum domino, sed rursus servor ab ipso.

# I CENTO INDOVINELLI LATINI DI **SIMPOSIO**

DESTINATI AL DIVERTIMENTO DURANTE I SATURNALI

I CENTO INDOVINELLI LATINI DI SIMPOSIO



Basorilievo del dio Saturno con falchetto (lato dx di un altare del II sec. d.C., Musei Capitolini, Roma)

TRADUZIONE ITALIANA DI  
**GIUSEPPE ALDO ROSSI**

A cura di Giovanni Riva (*Lasting*)  
Roma 2016



# SOLUTIONES

## CRUCIGRAMMA FACILE

C	A	U	S	A	C		I	D	A	O	P	E	R	A
L	U	M	E	N	A	S	P	E	R	M	I	N	U	S
	S	I	M		N	O	S	C	E	N	A		B	T
I	U	D	E	X	E	L	U	I	S	I	N	T	E	R
V	I	O	L	A	M	I	M	O		A	S	C	R	A

## INQUISITIO VERBORUM

S	C	R	U	T	A	T	I	O	N	E	S
C	A	I	G	R	U	R	I	H	C	E	U
I	A	C	U	L	I	N	A	E	T	A	T
D	N	C	E	R	O	T	A	A	T	R	I
A	I	U	A	R	P	U	T	I	O	T	S
E	C	R	E	E	D	I	N	R	R	S	O
R	I	A	T	I	M	O	R	O	M	I	P
P	D	E	N	R	M	E	S	T	E	N	E
L	E	N	I	M	E	N	T	A	N	I	A
R	M	F	L	A	B	O	R	V	T	M	R
I	N	D	I	C	E	S	A	A	A	E	P
I	T	C	E	L	S	C	A	L	P	R	A

- (P)
- (U)
- (E)
- (R)
- (P)
- (E)
- (R)
- (A)
- (E)

## SOLUTIONES

V	VI	I	IX	VII	VIII	II	III	IV
VII	IX	VIII	IV	II	III	V	VI	I
IV	II	III	V	I	VI	VII	VIII	IX
VI	IV	II	III	IX	VII	VIII	I	V
IX	VIII	VII	II	V	I	III	IV	VI
III	I	V	VI	VIII	IV	IX	II	VII
VIII	V	VI	VII	IV	II	I	IX	III
II	III	IX	I	VI	V	IV	VII	VIII
I	VII	IV	VIII	III	IX	VI	V	II

### QUADRATUM LATINUM

### FORMULAE ARCANAE

$$X - VI = IV$$

$$I + IV = V$$

$$VII - V = II$$

### VOCALES NON SUFFICIUNT

Instructo exercitu magis ut loci natura deiectusque collis et necessitas temporis quam ut rei militaris ratio et ordo postulabat, cum, diversis legionibus, aliae alia in parte hostibus resisterent saepibusque densissimis, ut antea demonstravimus, interiectis prospectus impediretur, neque certa subsidia collocari neque, quid in quaque parte opus esset, provideri neque ab uno omnia imperia administrari poterant. Itaque in tanta rerum iniquitate fortunae quoque eventus varii sequebantur.

### AENIGMATA SYMPOSII

- I. Graphium
- II. Harundo
- III. Anulus cum gemma
- IV. Clavis

## SOLUTIONES

### CRUCIGRAMMA SYLLABICUM

COM	MO	DUS		DE	LI	BE	RO
PO	TU		E	LU	CET		MA
NE		PAR	MEN	SIS		VI	NI
RE	NO	VA	TUS		VE	RI	TAS

### CRUCIGRAMMA ABSCONDITUM

R	A	T	A		C	R	E	P	I	S
E	P	I	R	E		A	I	A	C	E
S	I	M	I	L	E		A	R	A	M
E		O	D	O	R	I		E	R	I
M	E		A	C	A	T	O		O	H
I	R	E		A	T	A	V	O		O
N	A	N	O		O	R	A	T	O	R
A	M	A	R	E		E	S	I	T	A

### COMPONE SENTENTIAM

Quot capita, tot sententiae

### REBUS

INN ova F er tani mus muta T as DI CE re FOR mas cor P ora = In nova fert animus mutatas dicere formas corpora.

# SOLUTIONES

## CRUCIGRAMMA

A	M	A	S				D	A	M	A	
M	I	D	A	M			M	O	D	U	S
I	N	O		O	D	I		A	S	T	
S	O	R	O	R			T	E	S	T	A
E	R	A		E	S	T		T	E	R	
R	E	B	U	S			I	E	R	I	T
E	M	O	R				B	A	S	E	

	C	I	R	T	A		N	A	U	T	A	
C	U	R		E	U	H	A	N		U	N	I
E	R	R	O		T	U	M		A	M	E	N
N	A	E	V	I		M		A	P	U	L	E
A	T	T	A		C	O	R		I	L	L	A
S	U	I		S	I	R	E	N		T	U	S
	M	O	R	E	S		S	E	C	U	S	